

## LA LEGENDE DU CANIGOU SELON LES ECRIVAINS HUMANISTES

### A - Description du Canigou par Giovanni Boccaccio (vers 1355)<sup>1</sup> :

Canatus citerioris Hispaniae mons excelsus est : cuius (ut aiunt) in vertice lacus profunditatis imperscrutabilis colore niger : de quo miranda referunt incolae. Dicunt enim si quis lapidem aut aliquid durum in eum iecerit, confestim tempestatem oriri, eiusque in abdito specu palatium esse daemonibus, et alia plura meo iudicio fabulosa.

*De montibus, silvis, fontibus, lacubus, etc.*, I [*De montibus*], art. Canatus.

### B - Description du Canigou par Jeroni Pau (vers 1475)<sup>2</sup> :

Canatus Citerioris Hispaniae mons est, e Pyreneis sublimior, uergit in Galliam Narbonensem, uersus Ruscinonensem agrum, in cuius uertice, non improbata fama, lacus esse fertur immensae profunditatis, qui repentinis imbribus oceani more aestuare et quasi efferuere uidetur, ac grandine et tonitribus concuti. Interius umbrarum et daemonum esse sedes ferunt lugentiumque clamores et planctus audiri horribicos, et ea loca ad infernas usque regiones penetrare affirmant, sataque et arbores eius aquae malignitate contactas aduri atque arescere.

*De fluminibus et montibus Hispaniarum libellus* [78].

### C - Description du Canigou par Lucius Marineus Siculus (1533)<sup>3</sup> :

Refert Bocatius in ulteriori Hispania montem excelsum esse nomine Canatum, in cuius vertice lacum summae et inextricabilis profunditatis colore nigrum. De quo incolae miranda commemorant. Dicunt enim si quis in eum lapidem vel durum aliquid iecerit, magnam protinus oriri tempestatem.

*De rebus Hispaniae memorabilibus*, I.

---

<sup>1</sup> Source : dans *Tutte le opere di Giovanni Boccaccio*, Vittore Branca (dir.), Milan, Mondadori, 1998, vol. VII-VIII (Tome 2), *De montibus*, etc. (éd. de Manlio Pastore Stocchi), § 113, p. 1839.

<sup>2</sup> Source : Pau (Jeroni), *Obres* (2 vol.), éd. de Mariàngela Villalonga, pròleg de Francisco Rico, Barcelona, Curial [Autors catalans antics], vol. I, p. 240.

<sup>3</sup> Source : Lucii Marinei Siculi *De rebus Hispaniae memorabilibus*, 1533, Liber I, fol. vi-r<sup>o</sup>.